

guesfactis, unde novis quasi incrementis auctus sit, quod hac demum æstate comperimus.

IV. Pag. 275—276. *Stellaria graminea* var. *subuliginosa* prorsus delenda, utpote ad *Stellariam uliginosam* pertinens.

V. P. 280. §. 56. Post *Caricem limosam rarifloram* etc. inseritur: *Eriophorum capitatum* var. *medium*: spica haud admodum capitata, squamis subhyalinis. In paludibus limosis. *Eriophorum vaginatum* locis turfosis sphagnoque repletis, squamis maxime acuminatis ac hyalinis instrutus, per hanc formam medium in *Erioph. capitatum* abire videtur locis sabulosis duris, quæ totam plantam abbreviatam, spicam capitatam, squamasque obscuriores reddunt.

VI. Pag 289. §. 58. *Agrostis spica venti* ad *Torneå* frequens. *Agrostis canina* in Karesuando. *Holcus atropurpureus* ad Muoniofors descendens. *Poa flexuosa*, Karesuando. *Glyceria distans*, *Torneå*. *Myosotis arvensis* et *lingulata* usque ad ÖfverTorneå. Prior in agris, altera ad ripas inundatas, quare mihi nihilo, nisi loco differre videntur. Nam *M. arvensis*, glabrescit in aqua, foliisque angustioribus instruitur, adeoque in *M. lingulata* mutatur, sicut *M. silvatica* fit *palustris* in aqua. *Butomus umbellatus* et *Silene nutans*, Kemi. *Stellaria uliginosa* β. *paludosa* (Vet. A. H. 1825), cuius maximam formam nuperrime juxta Kemi legi. Mönente Cl. Fries in literis, comparatisque speciminiis, a Rev. Sommerfelt sub nomine *St. crassifoliae* a. missis, quæ omnino hoc pertinent, ego quoque hanc supra ad *St. crassifoliam* retuli. Totus tamen habitus est *Stellariæ uliginosæ*, quamquam inflorescentia subterminali, petalisque calyce constanter majoribus semper differre, nec unquam cum varietate illa *alpestri* confluere videntur. Est itaque dubia vel inter *St. uliginosam* et *crassifoliam* quasi media, et ad hodiernam de specie ideam ab utraque diversa. Potest tamen esse *St. uliginosæ* varietas, siquidem petala, ut aliarum plantarum in septemtrione flores, grandiora facta ob lumen solare. *Lythrum Salicaria*, ad flumen Tornense usque ad Pello. *Rubus saxatilis* β. *castoreus* circa